



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

V. Die Grafen von Woldenberghe verkaufen an die Brüder von Bartensleben die Dörfer Oslos und Bärwedel, am 25. Februar 1309.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55003](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55003)

curauimus, quod sigilla eorum presentibus sint appensa. Et nos henricus et Baldewinus, milites, dicti de dalem, rogati ad maiorem premifforum euidenciam sigilla nostra presentibus duximus apponenda. In cuius rei testimonium nos fratres de Bertensleue predicti sigilla nostra presenti littere iussimus communiri. Huius rei testes sunt hildebrandus, plebanus de hellinghe, et Meynardus, viceplebanus in hilleghendorp, dominus Johannes de hollnage, dominus Borchardus de Mozez et Johannes de Marnholt, milites, ac Conradus de hilleghendorp et Cefarius de bodenrodhe, famuli, et quam plures alii fide digni. Acta in Wluesborch, anno domini millesimo trecentesimo secundo, XV Kal. Julii.

Mittheilung von dem Pastor P. W. Behrens in Nordgermesleben in dem Jahresbericht des Altmärkischen Vereines.

IV. Conrad, Edler von Werberg, giebt der Gemahlin Günther's von Bartenleben den Rothen Hof und zwei Höfe in Klein-Helingen zu Lehn, am 3. October 1304.

Conradus, nobilis, dictus de Werbergh, — cupimus esse notum — quod ob tenorem et amorem strenui uiri Guntheri, dicti de Bertensleue, nobis dilecti porrigimus — domine Conegundi uxori sue curiam, que dicitur Rodehoph, cum omnibus attinentiis suis, nec non duas curias in parua Hellinghe etiam cum quibuslibet attinenciis suis pheodali iure perpetuo possidendas —. — Testes sunt Dilecti nobis Erembertus et Olricus, milites, dicti de Weuellinghe, nec non alii quam plures fidedigni. Datum in castro somerschenburgh, anno Domini M^o. CCC^o. III^o., quinto Nonas octobris.

Nach dem Originale im Wolfsburger Archive.

V. Die Grafen von Woldenberghe verkaufen an die Brüder von Bartenleben die Dörfer Oslos und Bärwedel, am 25. Februar 1309.

Nos hermannus et Johannes, dei gratia Comites de Woldenberghe, vniuersis — notum esse volumus — quod honestis uiris Burchardo et Guncelino, Militibus, et Wenero, famulo, fratribus, dictis de berthensleue, contulimus villam Vsleuffen et villam bereweden iusto collationis titulo et super — villis eisdem warandiam faciemus et facimus terre consuetudine approbata. In cuius rei euidens testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum anno domini Millesimo CCC^o. Nono, feria Tertia post Dominicam, qua cantatur Reminiscere.

Nach dem Originale im Wolfsburger Archive.